



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

CLI. Quod distributiones quotidianæ, quæ percipiuntur per residentiales,  
non comprehendantur pro subsidio Sedis Apostolicæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

ANNO  
1727.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

319 ANNO

que Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cau-  
farum Palatii Apostolici Auditores judicari, & de-  
finiri debere; ac iritum, & inane, si fecus fu-  
per his a quoquam quavis auctoritate scienter,  
vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit dicta Congregationis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratus statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indulcis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum inferris habentes; illis alias in suo robo-  
re permanens ad præmissorum effectum hac vi-  
ce dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Rome apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die IV. Julii MDCCXXVII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

CLL.

Confirmatur Decretum Congregationis Immuni-  
tatis, quod distributiones quotidiana, qua-  
percipiuntur per Residentiales, non compre-  
hendantur pro subficio Sedis Apostolica.

Alia hujus Conf. ed. 1725. Apr. 28. P. 1. decreum  
sunt ut provisi de Beneficiis medium annatum sol-  
verent fabricæ suarum respective Ecclesiarum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 30. Julii  
1727. A. 4.

Decretum  
prædictum.

§. 1. Nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Immunitati Ecclesiastice, & controversiis Jurisdictionibus prepositorum emanavit Decretum, tenoris qui sequitur videlicet. Mediolanen. *Discissio in Sacra Congregatio super Immunitate Ecclesiastica, & controversiis Jurisdictionibus habita sub die 17. Junii 1727. - Infrascrip- tis Dabius, propositis ad instantiam Cleri Regularis Diaconis, & Status Mediolani tenoris prout sequitur, videlicet - Primo an Distributiones quotidiane, qua recipiuntur per Residentiales comprehen- dantur, & calculanda sint sub onere contribuendi pro subficio ex Indulso S. Sedis indicto anno 1717. - Secundo an sit locus nove repartitionis ex integrō facienda ad effectum in ista calculandæ omnes, & quacumque distributiones non calculatas, & qua usque ab initio erant calculandæ. - Tertio - An illis de utroque Clero Seculari, & Regulari competat pro rata excessus diminutio Taxæ & respective reintegratio pro quantitate ultra propriam ritam persoluta. - Eadem Sacra Congregatio sedulo de more perennis rationibus pro parte memorati Cleri Regulari allatis rescripsit - Affirmative in omnibus. - In quorum fidem. Datum Rome bac die 21. Junii 1727. F. Cardinalis S. Agnetis S. de Ricci Secretarius.*

§. 2. Cum autem sicut dilecti filii Clerus Regulares Diaconis, & Status Mediolanen. Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolica confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos speciale ipmis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss., si quibus quomodolibet innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum

auctoritate Apostolica tenore præsentium appro-  
bamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apo-  
stolicae firmatis robur adjicimus: salva tamen  
semper in præmissis auctoritate Congregationis  
eorundem Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus, fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime susfragari: siveque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caufarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac iritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Rome apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXX. Julii MDCCXXVII. Pontificatus Nostri Anno IV.

1727.  
Confirmatio  
relati Decre-  
ti.

Claufulæ.

CLII.

Confirmantur reformationes quædam Constitu-  
tionum Ordinis Servorum B. M. V. pro Ger-  
mania, & Bohemia Provinciis.

Alia hujus Conf. ed. 1726. Aug. 8. P. 3. quædam  
decreta fuerunt pro Tertiariis ejusdem Ordinis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 2. Aug.  
1727. An. 4.

Ad futuram rei memoriam.

Debitum Pastoralis officii quo Ecclesia Ca-  
tholica adstringimur Nos admonet, ut pa-  
ternam Christifidem divinis obsequiis sub sua-  
vi Religionis iugo mancipatorum curam geren-  
tes, illa qua pro felici, prosperoque eorum re-  
gimine statuta, seu ad jam statutorum refor-  
mationem, & declarationem provide facta esse  
noscentur, ut firma, atque illibata persistant,  
Apostolici prædicti robore muniamus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt  
dilecti filii Priores Provinciales Provinciarum Germania, & Bohemia Ordinis Fratrum Ser-  
vorum B. M. Virginis, quod alias dum ambæ Provincia præfate invicem unita reperiebantur,  
& unicam Provinciam constituebant, quædam particulare Constitutions ad Regularem ob-  
servantium in ejusmodi Provinciam inducen-  
dam, inibique conservandam conditæ tempore  
re. re. Clementis PP. XI. predecessoris nostri au-  
toritate Apostolica approbatæ, & confirmatæ,  
ac exinde observatæ fuerunt; verum cum ob-  
acquisitionem novorum Conventuum, aliaque  
justas, & rationabiles causas, ad divisionem  
ejusdem Provincie postmodum deventum sit,  
& ex una dur, altera scilicet Germania, & altera  
Bohemia Provincia præfatae erectæ, & institute  
fuerint, enarratum Constitutionum dispositio in  
omnibus suis partibus in utraque Provincia hu-  
jusmodi servari nequivit. Unde exponentes præ-  
dicti cum suorum respective Definitio: un consilio  
facultate moderandi, augendi, & diminuendi e-  
dictis Constitutionibus, quod opportunum visum  
fuisset, salva hujus Sanctæ Sedis aucto iate in ei-  
dem Constitutionibus attributa, utentes, non-  
nullas & ejusmodi Constitutiones, ut facilius utri-  
que Provincia sic erectæ, & instituta apparentur,  
ac executioni in eis demandaretur, eas nimis declarando, mutando, & casando respective, ei-  
ve aliquid addendo reformatarunt, & alias prout  
continetur in Scriptura desuper confecta, tenoris  
qui sequitur videlicet.

§. 2. Declarationes, mutationes, additiones,  
& casationes visæ, & approbata ab Eminentibus  
ac Reverendiss. D. D. Laurentio S. R. E. Cardi-  
nali Corfino totius Ordinis Servorum B. M. V.

Constitu-  
tiones prædictæ  
pro Provin-  
ciis præfatis,  
quæ unitæ  
erant, condi-  
tæ fuerunt;  
sed ejusdem  
divisiss. refor-  
matæ.

Reformatio-  
nem prædictæ  
Constitu-  
tionum.